

Bulle Decime Sessionis videlicet Prae-
torum circa exemptos: Adontis putatis
Et indiction. future Sessionis. Et im-
pression. libror.



3-15

8-15
Bulle Decime Sessionis videlicet Prelatorum circa exemptos: Ad montis pietatis Et indictionem future Sessionis. Et impressionem librorum.



Bulla in materia Prelatorum circa exemptos & alia plura: le-
ta secundo loco per R. P. Epum Trauisin. in Decima Sessio-
ne sacrosancti Lateranensis Concilii.



Bulla in materia Prelatorum circa exemptos & alia plura: le-
ta secundo loco per R. P. Epum Trauisin. in Decima Sessio-
ne sacrosancti Lateranensis Concilii.

LEO Epus seruus seruorum dei/ Ad perpetuam rei memo-
riam/ Sacro approbante Concilio. ¶ Regimini vniuer-
salis Ecclesie (disponente dño) presidentes / iuxta pastoralis
officii debitū libeter intendimus vtilitatibus subditorum / & ad
conseruandam libertatem ecclesiasticā / & remouenda scan-
dala/ponendam concordia / & nutriendā quietem inter eccle-
siarum Prelatos / & eorum subditos/ eo propensius apostolice sollicitu-
dinis studiū adhibemus/ quo dissensionē taliū fore dispendio-
sam experimento cōprobat: necnō indulta pariter / & priuile-
gia eiusdē subditis in ipsorum Prelatorum dispendiū/ tam per pre-
decessores nostros/ q̄ sedem apostolicam cōcessa ita libenter mo-
deramur/ ne ex inde scandala procedant / neue ex eis ulli deē
materia malignandi/ & persone ecclesiastice a bono obedien-
tie/ necnō diuini perseuerantia seruitii nullatenus retrahant.
¶ Sane nuper ad nostrū relatio fidedigna perduxit auditū / qd
Canonici Patriarchaliū/ Metropolitanarum & Cathedraliū &
Collegiatarum ecclesiarum / & alii clerici seculares plura p̄sumunt
que ipsis infamia nō paruam pariunt/ & aliis inferunt lesionē/
pretextu exemptionis/ & libertatis a dicta sede obtente/ Ordī-
narioꝝ correctiones & ordinationes subterfugiunt: ac eorum
forū/ siue iudiciū declinant: Nōnulli etiam impunitatē suorum
excessuū per priuilegiū exemptionis obtinere sperantes/ ex-
cessus ipsos cōmittere nō verentur: quos nisi per exemptionē
(qua gaudent) crederent se defendi/ nullatenus fuissent com-
missuri. ¶ Hinc itaq; accidit/ vt p̄pter eorum audaciā: qui p̄textu
priuilegii exemptionis/ impunitatem excessuū obtinere cōfi-
dentes/ nōnulla multotiens cōmittant enormia/ per que plus-
rimū diffamant ecclesia/ & scandala grauiā generantur: potissi-
me autē cū talia per eos ad quos horum spectat correctio/ incor-
recta remaneant: seu illi ad quos spectat/ illa punire negligūt.
¶ Nos volētes ne eo p̄textu delicta remaneāt impunita/ mor

bo hmoi necessariam adhibere medelam/ sacro approbante Concilio/ statuiamus: vt decetero illi quibus exemptoꝝ correctio/ & punitio a dicta sede demadata est/ circa illam vigilanter intendant/ & diligenter officij sibi comissi debitū exequantur: Et q̄ primū eis exemptos ipsos deliquisse legitime cōstitit/ ita eosdem exemptos delinquentes puniant/ q̄ iidem exempti metu pene a suis arceant insolentis: & alij eorū exemplo p̄territi/ proflire ad similia merito phorrescant. Et si circa hoc negligentes fuerint/ Diocesani / & alij locoꝝ Ordinarii eosdem: quibus exemptoꝝ correctio hmoi competit/ personaliter (si illoꝝ copia/ & notitia haberi poterit) Alioquin/ uel si nullus in partibus exemptoꝝ ipsoꝝ certus iudex fuerit/ eos quoꝝ sua in p̄missis interesse putauerint/ per edictū publicū Cathedraliū/ seu aliaꝝ ecclesiaz locoꝝ/ in quibus exemptoꝝ iudices hmoi residere/ seu nullis eorundem exemptoꝝ iudicijs existentibus/ ipsos exemptos deliquisse contigerit/ ualuis affigendum/ moneat: vt ipsi tales exemptos delinquentes/ & criminosos puniant/ & castigent/ infra competentē terminū/ monentiū ipsoꝝ arbitrio moderandū. Et si ipsi moniti in hoc negligentes fuerint/ & id adimplere neglexerint/ seu recusauerint/ tunc vt in eo in quo deliquerint puniantur/ cognitione hmoi ea vice sint priuati/ & se non intromittant vllatenus de eisdem: Sed diocesani/ & alij locoꝝ Ordinarii hmoi/ contra tales exemptos delinquentes/ & criminosos auctoritate nostra ad inquisitionem/ vel per accusationem/ sine aliquibustormētis procedere/ & testes per se ipsos examinare possint: ac processum ipm/ quem ratione solēnitatis iuris/ preterq̄ ratione citationis omisse (dūmodo delictum al's rite probatū fuerit) nullum allegari vel dici posse prohibemus: sed per eos habitum/ clausum/ & eorū sigillo munitum ad sedis apostolice examen/ ipsoꝝ exemptoꝝ delinquentiū expensis/ etiam in ipso processu factis/ ad quorū solutionē Ordinarii ipsi possint eosdē inquisitos & accusatos compellere/ per propriū vel aliū nunciū quātocius destinare procurent/ apud eandem sedem per Romanū pontificem vel alium cui duxerit cōmittendum/ dū

liger examinandum/ & ita culpabiles repertos/ q̄ ad condemnationem vel propter sufficientia indicia: propter que ad torturam pro veritate exquirenda procedi valeat/ ad ipsos diocesanos/ seu Ordinarios per eos auctoritate nostra in causa inquisitionis/ seu accusationis vltius legitime procedendum / & causam ipsam prout iustum fuerit/ terminandam remittendum. ¶ Notarii autem dicte sedis quoꝝ officium in ipis primitiue ecclesie initiis a se . re . Clemente papa primo ad sanctorū gesta pergrēda atq̄ cōscribēda noscitur institutū ad Prothonotariatus officium assumpti/ habitum & rochetū deferentes: & alij nostri/ & dicte sedis Officiales actu sua officia exercentes/ tam in ciuilibus/ q̄ in criminalibus ab omni Ordinariorum iurisdictione sint exempti. Alii vero Notarii habitum Prothonotariatus non deferentes/ nisi illum infra Trimestre/ post presentium publicationem assumpserint/ & ipsi ac alij impostero assumendi/ habitum / & rochetum hmoi continue non gestantes: atq̄ alij nostri / & dicte sedis Officiales officia sua actu non exercentes/ tam in criminalibus/ q̄ ciuilibus ratione cause summam . xxv . ducat' auri de Camera non excedentis dūtaxat/ eorundem Diocesanorum & Ordinariorum iurisdictioni subiaceant. ¶ In ciuilibus vero causis summam hmoi excedentibus/ plena gaudeant exemptione / & a dictoꝝ diocesanorū / & ordinariorū iurisdictione penitus sint exempti. Dignum quoq̄ & etiam congruum arbitantes / q̄ ex sancte Romanē ecclesie Cardinaliū familiaribus illi dūtaxat priuilegio exemptionis gaudeant: qui actu domestici / & continui sunt cōmensales / vel ab eisdē Cardinalibus ad ipsoꝝ exequenda negotia missi: vel qui recreationis causa ad tempus a Romanē curia absentes fuerint. ¶ Ceteris vero/ etiā familiaritatis litteras habentibus/ quomīnus coheritioni Diocesanorū & Ordinariorū eorundem subiaceant/ Familiaritatis hmoi priuilegiū nullatenus suffraget. ¶ Et cū eisdē Diocesanis/ vt Monasteria monialiū sedi aplice immediate subiecta / in eorū Diocesibus consistentia / semel in Anno visitare possent/ per Constitutionem in Concilio

Viennē editā: que incipit/Attendentes: plena fuerit data facultas: illā inouamus/ ac exēptionibus/ & priuilegiis quibuscūq; non obstantibus/ districte seruari precipimus & mandamus. ¶ Per pmissa quoq; eisdē diocesanis/ & ordinariis/ casibus quibus in exemptos a iure iurisdictione concessa est/ nullatenus iudiciū generet. ¶ Exemptiōes autē decetero absq; rationabili causa: & quorū interest minime citatis/ pro tpe concessas/ nullius roboris & momenti esse decernimus. ¶ Et cū ecclesiasticus ordo confundat/ si sua vnicuiq; iurisdictione nō seruet/ Ordinariorū iurisdictioni (quantū cū deo possumus) fauere/ ac litibus finem celerius imponi: & litigantiū immoderatis sumptibus/ & expensis parci satagentes: Statuimus & ordinamus/ qd singule cause/ tam spirituales/ q̄ ciuiles & mixte: ac forū ecclesiasticū quomodolibet cōcernentes/ & beneficiales/ dū modo & bñficia ip̄a generaliter reseruata nō fuerint: & ip̄orū singulorū beneficiorū fructus/ redditus/ & prouēn. xxiiii. ducatū auri de Camera secundū cōmunē estimationē valorē annuū nō excedāt/ in prima instantia extra Romanā curiā/ & in partibus corā Ordinariis locorū dūtaxat cognosci/ & terminari: ita qd nulli ante diffinitiuā sententiā liceat appellare: nec appellatio (si fuerit emissa) vllatenus admitti: nisi ab interlocutoria: que vim habeat diffinitiuē: vel a grauamine minime cōcernente negotiū principale: quod per appellationē a diffinitiuā sententia reparari nō possit: nisi alter collitigantiū aduersarii sui potentiā merito phorrescens: seu alia probabili/ & honesta causa/ aliter q̄ per p̄priū iuramentū saltē semiplene probata/ coram Ordinario nō auderet litigare. Eo enī casu cause ip̄e/ etiā appellationū in dicta curia/ etiam in prima instantia cōmitti & cognosci/ & terminari possint: Alioquin appellationes & illarū etiā aliarū causarū h̄mōi cōmissiones impostorū/ & qcqd inde secutū fuerit/ nullius sint roboris vel momenti ¶ Iudices autē & Cōseruatores a sede ap̄lica deputati: si in altero iuriū graduati nō fuerint/ Assessorem p̄tibus nō suspectū/ ab ip̄is partibus/ vel earū altera requisiti assumere: & secundū eius relationē iudicare teneant. ¶ Et quia sepius & multiplici

relatione p̄cepimus/ q̄ plurimas ecclesias/ & illis presidentes Episcopos/ tā citra q̄ vltra montes/ vexari in eorū iurisdictionibus/ iuribus & dominiis: ac turbari a domicellis/ Principibus & nobilibus eorundē: qui sub colore iurisp̄atronatus: qd in beneficiis ecclesiasticis habere cōfingunt/ nullo priuilegio apostolico suffulti sine Ordinariorū collationibus/ & lris/ & absq; aliquo saltem colorato titulo beneficia/ nō solū Clericis sed etiā laicis conferre: Sacerdotes & Clericos delinquentes ad eorū libitū punire: Decimas omniū rerū/ ad quarū solutionem de iure tenent/ ac Cathedratīcū/ & alia que legis diocesanē/ & iurisdictionis sunt/ & ad ip̄os Ep̄os dūtaxat p̄tinent/ temere auferre/ fraudare/ vsurpare/ seu vt p̄missa fiant mandare/ ac ip̄a & fructus quoscūq; ne a Ciuitatibus/ terris & locis eorū extrahant/ prohibere: feuda/ possessiones/ & predia occupare & indebite detinere: seu ad feuda & bona ip̄arū ecclesiarū eis concedendū: ac beneficia ecclesiastica p̄sonis per eos nominatis conferendū/ minis/ & terroribus/ ac aliis viis indirectis inducere/ & cōpellere/ & alia q̄ plurima dāna/ iacturas & iniurias ecclesiis/ & earū Prelatis/ ac clericis p̄fatis inferri/ nō modo p̄mittere: sed etiā expresse mandare p̄sumant. Attendentes igit qd laicis in clericos/ & p̄sonas ecclesiasticas/ ac bona ecclesiastica nō est attributa facultas: atq; equū & iustum esse/ vt in eos iura insurgant: qui illa offendere p̄sumūt: Nec nō considerantes quantū ex his tam nostro/ & ap̄lice sedis honori/ q̄ p̄sonarū ecclesiasticarū quieto/ & prospero statui/ nō sine dānanāda p̄nicie deroget: Ac cupientes eos quos ad obseruantia iurium virtutū p̄mia nō inducunt/ tam adiectarū exaggeratiōe penarū/ q̄ adiciendarū de nouo formidine a temerariis ausibus refrenare: Omnes & singulas constitutiones: que sup Decimarū solutione/ & contra violatores/ & raptores ecclesiarū/ & incendiarios/ agros depopulatores/ & tā sancte Romane ecclesie Cardinales/ q̄ venerabiles fratres nostros Ep̄os & alias p̄sonas ecclesiasticas/ seculares/ & regulares capiētes detinētes/ & eorū iurisdictionē/ & iura quolibet indebite occupantes/ aut eos in eorū iurisdictionis exercitio/ p̄turbātes seu mo/

stantes: eos quoque ad conferendum beneficia ecclesiastica pro
nis pro nominatis/ aut alii de illis pro eorum libito voluntatis
disponendum: & feuda ac bona ecclesiastica in emphiteosim
cedendum/ aut alii vendendum temere compellentes: Nec non sta
tuta contra libertatem ecclesiasticam facientes/ & ad premissa auxiliu/
consilium/ vel fauorem prestantes haecenus emanarunt/ innouamus:
Et cum ea ne dum iuri contraria/ sed etiam ecclesiastice libertati op
probriosa sint quam plurimum & aduersa/ ut de officio nobis credis
to dignam deo possimus reddere rationem/ affectibus & monitis
paternis Imperatorum Reges Principes Duces Marchiones
Comites Barones/ & quoscumque alios alterius cuiuscumque nobili
tatis/ preminentie/ potentie/ seu potestatis/ excellentie/ vel dig
nitatis existentes: attente hortamur in domino: eisdem in virtute
sancte obedientie mandantes: ut ipsi constitutiones predictas ob
seruent/ & faciant a suis etiam subiectis inuiolabiliter obseruari:
quacumque consuetudine contraria non obstante: si diuinam offensam
& sedis apostolice debitam vitare voluerint ultionem: Ac collationes
de dictis beneficiis sic factas/ nullas & irritas nihilominus esse
decernimus/ ac illis utentes reddant inhabiles ad alia beneficia
ecclesiastica obtinenda: donec cum eis super hoc per sedem predictam
fuerit dispensatum. **M**ature quoque considerantes/ quod post christi ad
celos ascensionem/ Apostoli per singulas vrbes/ & dioeceses Episcopos dis
tribuerunt/ sicut sancta Romana ecclesia per orbem constituit/ eosdem Episcopos
in parte sollicitudinis vocando/ onera gradatim distribuendo per
Patriarchas/ Primates/ Archiepiscopos/ & Episcopos/ ac sacris etiam Ca
nonibus fuerit diffinitum/ pro eos pro more correctione/ & contro
uersiarum decisione/ & determinatione/ ac mandatorum domini obser
uatione/ fieri debere Concilium prouinciale/ ac Synodum Episcopalem/
ut deprauata corrigerent: & illa facere negligentes/ canonicis
penis subiacerent: Cum conueniat nos circa ea que rem publicam christi
nam concernunt esse intentos: desiderantes Canones ipsos firmiter ob
seruari/ eisdem Patriarchis Primatibus Archiepiscopis & Episcopis distri
cte iniungimus/ ut de officio eis commisso dignam deo possint
reddere rationem/ Canones/ Concilia/ & Synodos huiusmodi fieri man
dantes/ quocumque priuilegio non obstante. inuiolabiliter obseruent/

preterquam quo ad Concilium prouinciale: quod decetero singulis
Trienniis fieri mandamus/ ad illam etiam exemptos accedere
debere decernimus/ priuilegio ac consuetudine quacumque con
traria non obstante. Circa hoc autem negligentes penas in eisdem
Canonibus contentas se inuenerint incursum. **E**t cum consti
tutione in concilio Vienneensi edita/ que incipit: In plerisque: ut
pontificalis dignitatis honor seruetur/ statutum fuerit/ ne eccle
siis Cathedralibus bonis temporalibus/ sine quibus spiritualia
diu esse non possunt/ priuatis/ ac clero/ & populo christiano caren
tibus/ de aliquibus personis/ presertim religiosis provideretur:
Constitutionem ipsam innouamus/ illamque inuolabiliter obserua
ri debere volumus/ atque mandamus: nisi aliqua iusta causa in
Consistorio nostro secreto approbata/ alii duxerimus faciendum.
Nos enim quicquid contra premissa/ vel aliquod premissorum con
tigerit attemptari/ irritum decernimus/ & inane: contraria qua
cumque constitutione/ vel priuilegio non obstante. **N**ulli ergo om
nino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti/ prohibi
tionis/ precepti/ constitutionis/ ordinationis/ hortationis/ in
iunctionis/ voluntatis/ mandati/ & decreti infringere/ vel ei
ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presump
serit/ indignationem omnipotentis dei: ac beatorum Petri &
Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. **D**atum Rome in publi
ca Sessione in Lateranensi sacrosancta Basilica solemniter ce
lebrata. Anno incarnationis Dominice. **M. D. XV.**
Quarto Nonas Maii. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Placent vobis Patres que per me lecta sunt.

Fuit responsum per omnes/ Placet.

Scribatur in forma.

B

Bulla Concilii in Decima Sessione sup materia Montis pietatis: Lecta per R. P. D. Bertrandum Epum Adriē. Orationem Ducis Ferrarie in Roman Curia.

LEO Eps seruus seruoz dei: Ad perpetuā rei memoriā: Sacro approbāte Concilio. Inter multiplices nostre sollicitudinis curas/illā imprimis suscipere pro nostro pastorali officio debemus: vt que salubria & laudabilia/ ac catholice fidei consona/ & bonis moribus conformia/nro tpe nō solum enucleent/verū etiā ad posteros propagent: & que materiam scandali p̄bere possent/penitus succidant/ & radicitus extirpent/nec pullulare vsq̄ sinantur ea in agro dominico/ & vinea domini Sabbaoth dūtaxat conseri p̄mittendo: qbus fidei deliū mentes pasci spiritualiter possint/eradicatis zizaniis/ & oleastri sterilitate succisa. Sane cū olim inter nōnullos dilectos filios sacre theologie Magistros/ac iuris vtriusq̄ Doctores cōtrouersiā quandā/nō sine populoz scandalo & murmuratiōe exortā/ & nup̄ his diebus innouatā esse cōperierimus/ circa pauperū releuationē in mutuis eis publica auctoritate faciendis: qui Montes pietatis vulgo appellant: quiq̄ in multis Italie Ciuitatibus ad subueniendū per hmōi mutuū pauperū inopie/ne vsuraz voragine deglutient/a Ciuitatū magistratibus/ & aliis xp̄ifidelibus sunt instituti/atq̄ a sanctis viris diuini verbi p̄conibus/ & laudati & p̄suasi/ ac a nōnullis etiā summis Pōtificibus p̄decessoribus nris probati & cōfirmati: Sine prefati montes a christiano dogmate dissonantes/vel nō: vtraq̄ parte diuersimode sententia/atq̄ p̄dicante. Nōnullis enī Magistris & Doctoribus dicentibus: eos mōtes nō esse licitos: in qbus aliqd̄ vltra sortē pro libra/ decurso certo tpe per ministros huius mōtis ab ip̄is pauperibus: qbus mutuū datur/ exigūt: & p̄pterea ab vsuraz crimine/ iniusticiaue/ seu ab aliqua certe specie mali mūdōs nō euadere: Cū dñs n̄r (Luca Euāgelista attestāte) ap̄o nos p̄cepto obstrinxerit: ne ex dato mutuo qcq̄ vltra sortē sperare debeamus. Ea enī pp̄ria ē vsuraz interpretatio: qñ videlicet ex vsu rei q̄ nō germinat/nullo la

bore/nullo sumptu/nulloque periculo lucrū/ fetusq̄ cōgristudetur. Addebant etiā iidē Magistri & Doctores/ in his montibus neq̄ cōmutatiue/ neq̄ distributiue iusticie fieri satis/ cū tñ iusticie terminos contractus hmōi excedere nō debeant/ si debeant approbari. Idq̄ p̄pterea probare nitebant/ quia impense pro hmōi montiū cōseruatione/ a pluribus (vt aiunt) debite a solis pauperibus: qbus mutuū datur/ extorqueant. Pluraq̄ interdū vltra necessarias & moderatas impensas nō absq̄ specie mali/ ac incentiuo delinquendi qbusdā aliis p̄sonis (vt inferre vident) exhibeant. Aliis vero pluribus magistris & doctoribus contra asserētibus/ & in multis Italie Gymnasiis verbo & scripto cōclamantibus/ pro tanto bono/ tāq̄ Reipub. p̄necessario/ modo rōne mutui nihil petat/ neq̄ speret. Pro indēnitate tñ eorundē montiū/ impensaz videlicet ministroz eorundē/ ac regz omniū ad illoz necessariā cōseruationē p̄tinentiū/ absq̄ montiū hmōi lucro/ idq̄ moderatū & necessariū/ ab his: qui ex hmōi mutuo cōmodū suscipiunt/ licite vltra sortē exigi & capi possit nō nihil licere: Cū regula iuris habeat: q̄ qui cōmodū sentit/ onus quoq̄ sentire debeat: p̄sertim si aplica accedat auctoritas. Quā qdē sententiam a se. re. Paulo. II. Sixto. iiii. Innocentio. viii. Alexandro. vi. & Iulio. II. Ro. Pōtificibus p̄decessoribus nris probatā/ a sanctis quoq̄ ac deo deuotis/ & in magna ob sanctitatis opinione existimatione habitis/ Euāgelice veritatis p̄dicatoribus p̄dicatam esse ostendunt. Nos sup̄ hoc (prout nobis est cōcessum ex alto) oportune prouidere volentes: Alterius qdē partis iusticie zelū/ ne vorago aperiret vsuraz: Alterius pietatis/ & veritatis amorē vt pauperibus subueniret: Vtriusq̄ vero partis studiū cōmendantes. Cū hec ad pacem & tranquillitatem totius Reipub. christiane spectare videant/ Sacro approbante Concilio/ declaramus & diffinimus Montes pietatis antedictos p̄ Respub. institutos/ & auctoritate sedis Apostolice hactenus probatos/ & confirmatos: in quibus pro eorum impensis/ & indemnitate aliquid moderatum ad solas ministroz impensas/ & aliaz rerū ad illoz cōseruationem (vt p̄fertur) p̄tinentiā

pro eorum indēnitate dūtaxat/vltra fortē absq̄ lucro eorundem
Montiū recipitur/necq̄ speciem mali p̄ferre/nec peccandi in-
centiū prestare/necq̄ vllō pacto improbari:quinimo merito-
riū esse/ac laudari/& probari debere/tale mutuū minime vsu-
rariū putari. Licereq̄ illoꝝ pietatem/& misericordiam popu-
lis predicare:etiā cū indulgentiis a sancta sede Apostolica eā
ob causam cōcessis:Ac deinceps alios etiā similes montes cū
apostolice sedis approbatione erigi posse. Multo t̄m p̄fectius
multoq̄ sanctius fore si omnino tales Montes gratuiti cōstitua-
uerent/hoc est/si illos erigentes/aliquos census assignarent.
Quibus si nō omni/saltem vel media ex parte h̄mōi Montiū
ministroꝝ soluant impense/vt ad leuiorē eris soluedi portio-
nem medio hoc Pauperes grauari contingat. Ad quos cum
h̄mōi census assignatione pro impensarū supportatione eri-
gendos/christifideles maioribus indulgentiis inuitandos esse
decernimus. ¶ Omnes autē religiosos & ecclesiasticas/ac secu-
lares p̄sonas:qui contra p̄ntis declarationis & sanctionis for-
mā decetero p̄dicare/seu disputare verbo/vel scriptis ausi fue-
runt/excōicationis late sentētie penā (p̄uilegio quocūq̄ nō
obstante) incurrere volumus: Nō obstantibus p̄missis/ac cō-
stitutionibus & ordinationibus ap̄licis: Ceterisq̄ contrariis
quibuscūq̄. ¶ Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginā
nostre declarationis/diffinitionis/decreti & excōicationis in-
fringere vel ei ausu temerario cōtraire. Siquis autē hoc attem-
ptare p̄sumpserit indignationē omnipotentis dei/ac beatorū
Petri & Pauli ap̄loꝝ eius se nouerit incursum. Dat. Rome in
publica Sessione/in Lateraneū sacrosancta Basilica solēniter
celebrata. Anno incarnationis Dominice. M. D. XV. Quar-
to Nonas Maii. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Placent vobis patres que per me lecta sunt!

Fuit responsum per omnes/placet.

Scribatur in forma.

Bulla super materia Pragmaticæ sanctionis: & indictionis fu-
ture Sessionis scilicet Vndecime: Lecta in decima Sessio-
ne sacrosancti Lateraneū Concilii: per R. P. D. Episcopū
Castelli maris.

LEO Ep̄us seruus seruorū dei: Ad futurā rei memoriā/Sa-
cro approbante Concilio. ¶ Cū inter alia in hoc sacro
Concilio expedienda/quid sup̄ Sanctione p̄ nōnullos Prela-
tos Gallicæ nationis/tā clericos q̄ laicos etiā nobiles/ac alios
illis fauētes: quā ip̄i Pragmaticā vocāt: edita determinandū
& declarandū foret/expedire & declarare sūmopere desidera-
remus/prout etiā felicis recordationis Iulius papa. II. p̄decessor n̄r/huius Cōcilii indictor desiderabat/& Prelati & alii cle-
rici/ac laici p̄fati ad cōparēdū/tā corā p̄fato Iulio p̄decessore/
q̄ nobis pluries citati fuerint: & eorū cōtumacia in dicto con-
cilio sepius allegata/seu accusata extiterit. Cūq̄ postmodum/
pro parte Prelatoꝝ/clericorū/& laicoꝝ etiā nobiliū/ac fauto-
rū p̄dictorū ad hoc (vt p̄fertur) legitime vocatoꝝ/allegatū
fuerit/nullū locū/p̄ quē transeundū esset/& tute venire ad cō-
parendū in dicto Concilio possent habere. ¶ Nos ne eo p̄tex-
tu quoquomodo se excusare possent/a cōmunitate Ianue/per
quorū loca tute ad Romanā curiā/ad allegādū ea: que ī h̄mōi
causā Pragmaticæ allegare voluerint/venire possint/amplum
Saluū conductū concedi curauimus/& eisde assignari. Et ne
aliquid amplius cōtra p̄missa allegare/& iustā possint p̄tende-
re ignorantia/clericos & laicos/etiā nobiles/etiā Prelatos &
fautores/clericorūq̄ seculariū collegia/ad eorū contumaciā
cōuincendā/Sacro approbāte Concilio/de nouo pro vltimo
& pemptorio termino requirimus & monemus/vt ante kal.
Octobris proxime futuri (omni excusatione & dilatione ces-
santibus) legitime cōparere debeant: quē terminū & dilatio-
nē h̄mōi ex causis p̄dictis/ad omnes excusationes tollendas/
ad dictā diem kal. Octobris/pro vltima & pemptoria dilatio-
ne (vt p̄fertur) prorogamus/& de nouo concedimus & assignamus: Quo termino elapso/ad vltiora/& terminationem

dicti negotii/etiam definitiua sententia procedetur/eorū cō-
tumacia/ & nō comparitione minime obstantibus: in prima
extunc futura Sessione: quā ad hoc & alia q̄plura vtilia pagēda
videlicet/ Vndecimā Sessionē: que erit die Quartadecima
mēsis Decēbris/ post festū sancte Lucie proxime futurū/ pre-
fato sacro approbante Concilio/indicimus. ¶ Nulli ergo om-
nino hominū liceat hanc paginā nostrarū requisitionis/ mo-
nitionis/prorogationis/ concessionis/ assignationis/ & indi-
ctionis infringere/vel ei ausu temerario contraire. Siquis autē
hoc attemptare p̄sumpserit/indignationē omnipotentis dei/
ac beatorū Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursum.
Datū Rome in publica Sessione/in Lateranē sacrosan-
cta Basilica solēniter celebrata. Anno incarnationis Domi-
nice. M. D. XV. Quarto Nonas Maii. Pontificatus nostri.
Anno Tertio.

Placent vobis patres que per me lecta sunt?

Fuit responsum per omnes/placet.

Scribatur in forma.

**Bulla super impressione librorū: Lecta in Decima Sessione
Sacrosancti Lateranē Concilii: per R. P. D. Episcopum
Nanateñ.**

LEO Epus seruus seruorū dei: Ad p̄petuam rei memo-
riam: Sacro approbante Concilio. ¶ Inter sollicitudi-
nes nostris humeris incūbentes perpeti cura reuoluimus / vt
errantes in viā veritatis reducere/ ip̄osq̄ lucrifacere deo (sua
nobis cooperante gratia) valeamus: hoc est quod p̄fecto
desideranter exquirimus/ad id nostre mentis sedulo destinamus
affectum / ac circa illud studiosa diligentia vigilamus.

Sane licet litterarū peritia per librorū lectionem possit facili-
ter obtineri/ac ars imprimendi libros/temporibus potissimū
nostris/diuino fauente numine inuenta seu aucta/ & p̄polita/
plurima mortalibus attulerit cōmoda/ cū parua impensa co-
pia librorū maxima habeat: Quibus ingenia ad litterarū stu-
dia p̄cōmode exerceri/ & viri eruditi in omni linguarū gene-
re p̄sertim autē Catholici/quibus sanctā Ro. ecclesiā abunda-
re affectamus/facile euadere possunt/qui etiā infideles sciunt/
& valeāt sacris institutis instruere/fideliūq̄ collegio p̄ doctri-
nā Christiane fidei salubriter aggregare. ¶ Quia tñ multorū
querela nostrū & sedis a p̄lice pulsauit auditū/q̄ nōnulli hu-
ius artis imprimendi magistri in diuersis mundi partibus li-
brostam Grece Hebrāice Arabice & Caldee linguarū in la-
tinū translato/q̄ alios latino ac vulgari sermone editos/ erro-
res etiā in fide/ac p̄nitiosa dogmata etiā religioni Christiane
contraria/ac cōtra famā p̄sonarū etiā dignitate fulgentiū con-
tinentes imprimere/ac publice vendere p̄sumūt/ex quorū les-
ctura nō solū legentes nō edificant/ sed in maximos potius
rā in fide q̄ in vita/ & moribus prolabant errores. Vnde varia
sepe scandala (prout experientia teq̄ magistra docuit) exorta
fuerunt/ & maiora indies exoriri formidant. ¶ Nos itaq̄ ne
id quod ad dei gloriā & fidei augmentū/ac bonarū artium p̄pa-
gationem salubriter est inuentū in cōtrariū cōuertat/ ac chri-
stifideliū saluti detrimentū pariat/sup librorū impressione cu-
rā nostrā habendā fore duximus: ne de cetero cū bonis sem-
nibus spine coalescant/vel medicinis venena intermiscant.
Volentes igitur de oportuno super his remedio prouidere/
hoc Sacro approbante Concilio / vt negotium impressionis
librorum huiusmodi eo prosperetur felicius quo deinceps in-
dago solertior / diligentius & cautius adhibeatur. ¶ Statui-
mus & ordinamus / q̄ de cetero perpetuis futuris temporis
bus nullus librum aliquem / seu aliam quamcūq̄ scripturam
tam in vrbe nostra q̄ aliis quibusuis Ciuitatibus & dioc̄ im-
primere seu imprimi facere p̄sumat/nisi prius in vrbe p̄ Vica-
riū nostrū & sacri palatii magistrū: In aliis vero Ciuitatibus

& dioc^{us} per Ep^{iscopum} vel alium habentem peritiam scientie libri
seu scripture hmōi imprimende ab eodē Ep^{iscop}o ad id deputan
dum/ac inquisitorem heretice prauitatis ciuitatis siue dioc^{us} in
quibus libror^{um} impressio hmōi fieret/ diligenter examinent/
& per eor^{um} manu propria subscriptionem sub excōicationis
sententia gratis & sine dilatione imponendam approbentur.
¶ Qui autē secus presumpserit/ ultra libror^{um} impressor^{um} amisa
sionem/ & illo^{rum} publicam cōbustionem/ac Centū duc^{os} fabri
ce Basilice principis Apostolor^{um} de vrbe sine spe remissionis
solutionem/ac anni continui exercitii impressionis suspensio
nem excōicationis sententia innodatus existat/ac demum in
grauescēte cōtumacia taliter per Ep^{iscopum} suū vel vicariū nostrū
respectiue p^{ro} omnia iuris remedia castiget/quod alii eius ex
emplo similia minime attemptare p^{ro}sumant. ¶ Nulli ergo om
nino hominū liceat hanc paginā nostror^{um} statuti & ordinatio
nis infringere/vel ei ausu temerario contraire. Siquis autē
hoc attemptare p^{ro}sumpserit/ indignationem omnipotētis dei
ac beator^{um} Petri & Pauli Ap^{osto}lor^{um} eius se nouerit incursum.
Datū Rome in publica Sessione/ in Lateraneñ sacrosancta
Basilica solēniter celebrata. Anno incarnationis Dominice
M.D.XV. Quarto Nonas Maii. Pontificatus nostri Anno
Tertio.

Placent vobis patres que per me lecta sunt.

Fuit responsum per omnes/placet.

Scribatur in forma.